1493 [= 2456] Neapoli in domo Hadriani Gulielmi Spadaforae ACC. MOR. MET. GIORD. Deinde in suburbano Mazzae. Iam Neapoli in museo publico. — Capuae WAELSC.; at tribus est Neapolitanorum.

DIS · MAN · SAC*R*
C · OCTAVIO · C · F · MAEC · VERO
PRAEF · IVVEN · EQVO PVBLICO AD
LECTO IN · V̄ · DECVR · *EXOR*NATO
MILITI*A*E · *PRAEF* · COH · ////ICAE
FLAMINI VIRBIALI *ET AVGVRI ET*
AEDILI AVGVSTALI Q̄Q̄ IVVENV*M*
POSTVMIA PROCVLA · VXOR
MARITO · KARISSIMO · ET ·
OCTAVIA · C · F · VERA FILIA
PATRI · OPTVMO · FECERVNT

Descripsi et recognovi titulum in ipso lapide interpolatum. Non interpolatum viderunt Accursius I n. 18; Morillon, qui vidit a. 1547, cod. Amstel. f. 29 (ubi interpolata lectio in margine legitur) et apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 358; Vallambertus apud Metellum l. c.; ab eo Ant. Augustinus in epistula ad Panvinium data Romae 14 Aug. 1558 (lib. 2 n. 38 p. 353 ed. Andres.) '*cavata dal libro di Metello*' et inde Panvinius in add. ad remp. Rom. ed. 1558 (inde Grut. 494, 7) ex exemplo misso sibi ab Augustino. Idem Augustinus in epistula a. 1559 (l. 2 n. 43 p. 361 ed. Andres.) ait inscriptionem integram, id est interpolatam, vidisse se Neapoli *in casa di un M. Hadriano, che ha una gran quantità di vere e di finte*, proponiturque titulus interpolatus, ut hodie cernitur, primum eiusdem Augustini manu perscriptus in Panvinii codice Vat. 6035 f. 47′, deinde a Corrado apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 279′, orth. (1566) 494, 2 (inde Ligorius Taur. 12); a Smetio ed. 84, 2 auctorem laudante Pighium vel Morillonium (sed differt plane a genuino typo Morilloniano); Waelscapplio ms. f. 160; Grut. 445, 3 e Smetio et ms. Pighii; Giordano ms. Partem affert Comus apud Mur. ms. et ed. 1392, 5, solum v. 2 P. Manutius ad Ciceronis ep. ad fam. 8, 8. Habent denique Fiorelli cat. n. 1076 et Orell. 4102. Damnatum esse titulum ab hoc post Maffeium A. C. L. p. 350 promptam excusationem habet, quamquam nunc de ea re aliter iudicemus necesse est.

Quae interpolatione sublata sunt et ex antiquis exemplis recuperata, distinxi inclinatis. Variam lectionem subieci Accursii, Morillonii (ms. et Met.), Vallamberti. — 1 SACR Acc. Mor. (ms. et Met.) — 3 IVVENT Mor. (ms. et Met.). — 4 punctum post DECVR· antiquum manet sub scriptura recenti. — EXORNATO Acc., quae lectio vestigiis veteris scripturae optime respondet, DONATO Mor. (ms. et Met.), ORNATO Vall. — 5 MILITIAE·PRAEF·COH·////CAE Acc., MILITIAE·PRAEF·COR///ICAE Mor. (ms. et Met.), MILITIAE·PRAEF·COH·APHRICAE (expunctis litteris PH superscr. est F) Vall., unde Augustinus in priore epistula ex codice Metelli refert COH·AFRICAE. A in MILITIAE et PRAEF quadratarius recens exaravit secutus vestigia antiqua. — 6 ET AVGVRI II Acc., ET·AVGVR II Vall., AVGVRI ET (omisso altero ET) Mor. (ms.; AVGVR II Met. ut videtur); mihi apparuerunt in v. extremo ex antiqua scriptura II residua opinor ex ET. — — 7 IVVENVM Acc. Mor. (ms. et Met.) — Interpolata lectio haec est:

LECTO · IN · V · DECVRIM ORNATO — DECVRIM Corr.
MILITIAE · PRAEF COHORTIS CAES
FLAMINI VIRBIALI ET AVGVRII
AEDILI AVGVSTALI Q̄Q̄ IVVENVM · M — sic

1494 [= 2883] Neapoli *largo del Proto* in aedibus privatis vidi a. 1846 EGO; a. 1873 frustra quaesivi.

ΤΡΕΙΝΑΚΡΙΑ ΓΑΙΑ ΜΕ ΛΟΧΕΥϹΑΤΟ ΤΟΥΝΟΜΑ ΟΥΗΡΑΝ
ϹΩΦΡΟϹΥΝΗϹ ΒΙΟΤΩ ΚΥΔΟϹ ΕΝΕΓΚΑΜΕΝΗΝ
ΚΟΥΡΙΔΙΟϹ ΔΕ ΠΟϹΙϹ ΚΡΥΨΕ ΧΘΟΝΙ ΤΗΔΕ ΚΑΛΥΨΑϹ
ΔΑΚΡΥ ΧΕΩΝ ΕΠ ΕΜΟΙ ϹΥΧΝΟΝ ΑΠΟ ΒΛΕΦΑΡΩΝ
ΚΗΔΕΥϹΑϹ ΑΡΕΤΗϹ ΑΝΤΑΞΙΟΝ ΗΜΕΤΕΡΗϹΙΝ
ΗΛΙΚΙΗϹ ΕΤΕΩΝ ΕΙΚΟϹΙ · ΚΑΙ · ΤΕΤΟΡΩΝ ·
Ω ΘΝΗΤΩΝ ΟΛΙΓΟϹ ΤΕ ΒΙΟϹ ΚΑΙ ΑΦΕΥΚΤΟϹ ΑΝΑΓΚΗ
ΩϹ ΜΕ ΤΑΧΟϹ ΒΙΟΤΟΥ ΝΟϹΦΙϹΕ ΚΑΙ ΓΑΜΕΤΟΥ
CORNELIANVS · SCRIBA · CONIVGI
INCONPARABILI · CONTRA · VOTVM

Descripsi. Ignarra de phratriis p. 209; Visconti cod. Paris. 9697 f. 123*b*; Welcker sylloge p. 77; Minervini *Bull. Nap.* II p. 43; C. I. Graec. n. 5820.

1495 [= 2457] Neapoli paucis abhinc mensibus inv. SVRGENTE a. 1602; apud Camillum Sanfelice GIORD. SVMM.; apud eq. Io. Paulum Sanfelicium CAP.

D ❦ M
MARCIAE · MELISSAE
CONIVGI · INCOMPA
RABILI · FELIX · ARK
REIP · NEAPOLITANORVM
L · D · EX · PERM · MAGIST
ET · MARCIVS · FELIX · MATRI · B · M · P

Giordanus ms. (inde Gervasio *iscr. Sip.* p. 14); Summonte p. 110; Surgente Neap. ill. p. 89; Capacc. l. I c. 8 p. 57. A prioribus Reines. 6, 70 e Cap.; Spon. misc. p. 211 ex Cap. et Summ.

1 om. Summ. — 2 MARTIAE Surg. — 4 FOELIX Surg. — ARX·X Cap. ad archontes referens. — 5 REIPVBLICAE Cap. — NEAPOLITAN Surg., qui hic desinit. — 6 PERMI (I deleta) Giord. — MAGISTER Cap. — 7 MARCVS Giord., MARITVS Summ. — P om. Summ. Cap.

1496 Neapoli in domibus D. Fernandi Ianuarii iuxta castrum Capuanum reperti sunt aequaeductus plumbei in ruinis aedificiorum quorundam, in quibus scriptum est

IMP · CAES · TRAIAN · HADR · AVG

Iucundus f. 113.

1497 [= 2907] extra Neapolim rep. ad mare in via Nolana, deinde apud Capaccium.

D · SERVILI · D · L · APOLLONI
MEDICI
SERVILIA · D · L · AMBROSIA
FECIT · PATRONO · SVO
ET · SIBI · ET · SVIS
ΩΔ ΕΠΑΦΟΥ ΓΕΝΝΗΜΑ ΣΟΦΟΙΣ ΕΠιΕΙΚΕΛΟΣ ΑΝΗΡ
ΚΕΙΜΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΠΕΡΜΑ ΠΟΛΥΚΤΕΑΝΩΝ
ΚΛΗζΟΜΕΝΟΣ ΔΕΚΜΟΣ ΣΕΡΟΥΙΛΙΟΣ ΕΙΣ ΕΤΗ ΕΛϑΩΝ
ΕΝΝΕΑ ΠΟΥ ΔΕΚΑΔΩΝ ΚΑΙ ΤΡΙΑ ΩΣ ΕΛΕΓΟΝ

Servavit Capaccius l. I c. 7 p. 44 cf. c. 21 p. 343. Ex eo Reines. 11, 10, Spon. misc. p. 143, Fabr. 562, 94, C. I. Gr. n. 5821.

Vv. div. arbitraria. — 6 ΕΠΕΙΚΕΛΟΣ Cap. — 8 ΚΛΗΤΟΜΕΝΟΣ Cap. — ΕΛΟΩΝ Cap.

1498 reperta Neapoli cum n. 1507.

D · M
ACVTIAE
IVSTINAE
CONIVGI
INCOMPARABILI
B ❦ M

Ex commentariis iis de quibus dixi ad n. 1507.

1499 reperta Neapoli cum n. 1507.

M · CAECILIVS · EROS
FLAVIA · M · L · THEMIS
AN · V · XXVII

Ex commentariis iis de quibus dixi ad n. 1507.

1500 [= 3015] Neapoli rep. ad portam Capuanam IGN. Nunc Nolae in domo Vivenzi.

D M
CALIDIAE · NO
MINATAE · L · VET
TIVS · SABINVS
CONIVGI · OP
TIMAE

Recognovimus ego et Brunn. Ignarra de phratr. p. 130.